




CONCLUSIONES THEOLOGICÆ

In Primam Partem

Sancti THOMÆ Aquinatis Angelici V. Eclesiæ Doctoris.



DE DEO & EJUS ATTRIBUTIS.

I. EX rerum omnium, quæ in hoc mundo sunt contingentia, evincitur existere aliquam earundem causam necessariam & infinitam, quam Deum nominamus. II. Hinc homo rationis compos, neque toto vitæ suæ decersu, neq; brevi temporis spatio, potest verum Deum inculpate ignorare. III. Qui tamen ita necessario est unus, ut sit omnino impossibile plures esse Deos. IV. Intelligere Divinum actuale constituit metaphisice Divinam naturam. V. Essentia Divina, sivè à Personis, sivè ab attributis, sivè attributa ab invicem non distingvuntur realiter. VI. Non potest tamen absolute Divina essentia, ut est in se videri oculo corporeo. VII. Neq; intellectus creatus per solas naturæ vires potess videre Deum intuitive: bene verò supernaturaliter adjutus. VIII. Aliquibus in hac mortali vita ex speciali privilegio concessam fuisse visionem Dei beatificam probabile est. IX. Ad videndum Deum intuitivè intellectus creatus indiget lumine gloriæ. X. Beatos inæqualiter videre Deum unum scilicet altero perfectius est de fide. XI. Est in Deo perfectissima cognitio intellectiva. XII Quæ est causa rerum non solum directiva, sed etiam effectiva non præcisé ut est scientia, sed ut habet injunctam voluntatem. XIII. Deus futura contingentia & libera certò cognoscit, neq; tamen ejus præscientia rebus prævisis absolutam necessitatem imponit. XIV. Deus cognoscit futura absoluta contingentia & libera in suo Decreto ea-

rum futuritonem determinante. XV. Pariter & futura conditionata contingentia & disparata certò cognoscit. XVI. Quapropter respectu hujusmodi futurorum scientia media nullômodo in Deo admittenda est. XVII. Est in Deo verè & propriè voluntas, qua vult & se seu suam bonitatem, & alia à se, scilicet creaturas. XVIII. Hinc Deus suam bonitatem vult & amat necessario, & creaturas libere. XIX. Et sic est libertas in Deo, & quidem perfectissima, nihilq; est aliud, quàm ipse actus Dei necessarius, ut dicit ad creaturas connexionem non necessariam. XX. Eadem Dei voluntas est causa rerum, & consequens semper impletur licet non antecedens saltem quo ad principale volitum. XXI. Est tamen immutabilis & ita se habet circa salutem humanam, ut voluntate antecedente non otiosa & impropria, sed activa & propria velit Deus omnes omnino homines salvos fieri. XXII. Christus namq; hac voluntate vera & sincera appetiit mortem, eamque obtulit Patri antecedenter & sufficienter pro reprobis consequenter & efficaciter pro prædestinatis. XXIII. Et vi ejusdem voluntatis præparat omnibus in communi auxilia generalia sufficientia ad salutem. XXIV. Imò & in particulari confert omnibus & singulis hominibus moraliter viventibus pro loco & tempore eadem auxilia remotè vel proximè sufficientia ad salutem. XXV. Exceptis duntaxat ab huiusmodi proxima collatione auxiliorum 1*mo*. Pueris absq; baptismo morientibus, 2*do*. Infidelibus negativis, 3*tio*. Peccatoribus induratis & excæcatis quorum induratio & excæcatio consumata sunt. XXVI. Licet istius Divinæ voluntatis Decreto æterno prædefinitæ sunt omnes hominum actiones liberæ, etiam immediate in se ipsis; aliter tamen bonæ, aliter malæ. XXVII. Bonæ positivè, & quo ad entitatem, & quo ad bonitatem, & circa eas Decretum voluntatis Divinæ æternum est de se efficax, ab intrinseco infallibile. XXVIII. Malæ veró ad entitatem positivè, & quo ad malitiam permissivè tantum. XXIX. Salva semper sub hujusmodi Decreto & motione ejus ac illæsa voluntatis humanæ libertate, etiam à necessitate. XXX. Præter voluntatem in Deo, datur etiam Providentia, eaq; perfectissima, cui subjecta sunt omnia etiam minima vilissima & mala. XXXI. Per eandem Providentiam licet quibusdam rebus necessitatem imponat, quibusdam

ve-

verò non, tamen in sua dispositione circa omnes non fallitur. XXXII. Datur insuper in Deo Providentia specialis circa salutem humanam, quæ dicitur Prædestinatio, & est ita necessaria, ut absq; illa nullus salvari possit. XXXIII. Prædestinationis causa non est præscientia meritorum, sed in ordine intentionis ex pura misericordia & voluntate Dei gratuita est, & solum in ordine executionis est ex prævisis meritis. XXXIV. Datur reprobatio aliquorum, quæ in ordine intentionis est ex prævisis de meritis respectu Angelorum & hominum. XXXV. Non est tamen hujusmodi reprobatio in Deo positiva, hoc est: qua Deus aliquos ex Angelis & hominibus excludat a gloria titulo beneficii indebiti. sed negativa duntaxat, hoc est, qua Deus permittit, ut aliqui suâ culpâ excidant ab illa. XXXVI. Mysterium Trinitatis Personarum inter se realiter distinctarum in una & eadem natura individua profundissimum est. XXXVII Quantum ad distinctionem Personarum Trinitas Personarun fuit revelata in veteri lege Judæis saltem spriritualibus, licet non ita explicite, sicut in nova. XXXVIII. Unde Trinitas Personarum Divinarum invictè demonstratur tum authoritate Scripturæ veteris legis contra Judæos, tum maximis momentis Scripturæ Novæ Legis contra Sabellianos & Socinianos. XXXIX. Quantum ad Consubstantialitatem Filii Dei cum æterno Ejus Patre, eam demonstrat Scripturæ utriusq; Legis contra Arianos, nec non Testimonium ipsorum, etiam Gentilium & Judæorum. XL. Consubstantialitas autem Spiritûs Sancti cum Patre & Filio constat ex Scripturis contra Macedonianos & Eunomianos. XLI. Jn causa *Arii* Concilium Nicænum convocavit Constantinus *M.* ex assensu *Sylvestri* Romani Pontificis, cui concilio præfuerunt Legati Osius Episcopus Cordubensis, Victor & Vincentius Presbyteri Romani. XLII. Vox Homousion ipsi convenienter inserta est. XLIII. Liberius nonnisi secundæ formulæ Sirmiensi subscripsit. XLIV. Patres verò Ariminenses hæresi Arianæ non subscripserunt. XLV. Jn causa Macedonii Concilium Constantinopolitanum I. Æcumenicum II. attenta convocatione & præsidentia, Æcumenicum non aliter evasit, nisi Damaso Papa & Ecclesia occidentali eodem tempore Romæ congregata illud quo ad dogma fidei confirmante, eiq; authoritatem Concilii Æcumenici tribuente. XLVI. Symbolo Nicæno Constantino-

 poli-

politano jure fuit addita particula, Filioq;. XLVII. Symbolum, quod dicitur Athanasii ipsius fætus non est. XLVIII. Error de Spiritu Sancto a solo Patre & non a Filio procedente longo ante Photium tempore inter Græcos plurimos cæpit, & Photius petulantem audaciam & Schisma errori addidit. XLIX. Ejusdem demum Spiritus Sancti Processio etiam à Filio deducitur ex Scripturis; ex utriusq; Ecclesiæ definitionibus, & authoritate Patrum Græcorum. L. Hinc Trinitatis Mysterium sic demonstratum nulla posse ratione naturali demonstrari, hoc ipsum ratione naturali evincitur contra Raymundum Lullum. LI. Dantur in Deo Processiones ad intra; Quorum principium proximum & immediatum est intellectus, & voluntas modificata Relationibus Paternitatis & Spirationis activæ. LII. Processiones sunt duæ, altera per intelectum, altera per voluntatem, & non plures: Sola tamen Processio Verbi, & non Processio Spiritûs Sancti, est generatio. LIII. Relationes in Deo reales sunt quatuor: Paternitas, Filiatio, Spiratio activa, & Spiratio passiva, quæ identificantur cum Essentia Divina. LIV. Existunt una duntaxat existentia essentiæ, & realiter distingvuntur. LV. Relationibus Divinæ Personæ constituuntur, quæ sunt tres & non plures: Unde præter subsistentiam absolutam, dantur tres subsistentiæ relativæ. LVI. Omnipotentiæ Divinæ effectuum ad extra nobilissimi sunt Angeli, eosq; dari fide divina certum est. LVII. Creati sunt in tempore simul cum mundo corporeo, & probabilius videtur creatos esse in supremo Cælorum, hoc est Empyreo. LVIII. Sunt Substantiæ Spirituales, omnis materiæ expertes, etiam Spiritualis. LIX. Multitudo illorum est maxima. LX. Repugnat tamen plures esse solo numero distinctos intra eandem speciem, ac proinde differunt specie, & sunt incorruptibiles. LXI. Non habent corpora naturaliter sibi unita, sed in assumptis tantum, quandoq; exercent opera vitæ corporalis similitudinariè. LXII. Existunt in loco connaturaliter per operationem virtualiter transeuntem: imó possunt existere in pluribus locis inadæquatis, etiam distantibus non existendo in medio. LXIII. Seipsos cognoscunt per suam substantiam gerentem vices Speciei impressæ, ad alia verò cognoscenda indigent speciebus: quæ tamen species, aliorum in ipsis non sunt à rebus acceptæ, sed in eorum creatione infusæ. LXIV. Cognoscunt

scunt

scunt se, alios Angelos, quidditates rerum materialium, & etiam ipsa singularia materialia. LXV. Non tamen cognoscunt naturali lumine certò futura contingentia, libera, & nullatenus tam Secreta cordium, quam mysteria Gratiæ. LXVI. Fuerunt creati in beatitudine natarali, & habuerunt Gratiam Sanctificantem, antequam pervenerunt ad beatitudinem supernaturalem. LXVII. Primum peccatum malorum Angelorom fuit superbia. LXVIII. Sunt facti obstinati intrinsece immobiliter. LXIX. Jgnis inferni torquet eos ut instrumentum Divinæ Virtutis. LXX. Jnter bonos nonnisi superiores illuminant inferiores. LXXI. Tres remanserunt Hierarchiæ illorum, in qualibet Hierarchia tres ordines. LXXII. Non nisi demum Angeli quinque inferiorum ordinum mittuntur, & singulis hominibus singuli ad custodiam deputantur.

In Secundam Partem.

LXXIII. Quemadmodum omnia agentia aliquo sensu agunt propter finem, ita & maxime id proprium est homini. LXXIV. Hinc quotiescunq; voluntas humana deliberaté & humanô modô operatur, operatur propter ultimum finem formalem, vel actu vel virtute, vel saltem interpretativè. LXXV. Jmpossibile tamen est, eundem hominem pro eodem tempore, velle efficaciter duos ultimos fines totales & adæquatos. LXXVI. Ex quo Theologi duplicem assignent Beatitudinem, objectivam scilicet & formalem, hinc nos censemus objectivam hominis beatitudinem in nullo bono creato sivè divisim sivè collectivè sumpto, sed in solo bono increato scilicet Deo consistere posse. LXXVII. Beatitudinem verò formalem essentialiter consistere dicimus, non in voluntatis amore, etiam amicitiæ, sed in sola actuali intellectûs operatione ab homine elicita, clara scilicet Dei visione. LXXVIII. Hujus beatitudinis tres merito numerantur proprietates, amor nimirum, impeccablitas, & inamissibilitas. LXXIX. Jtaq; visionem illam beatificam sequitur felix amandi necessitas, etiam quò ad exertitium, ita ut ab ejus amore Beati cessare non possint. LXXX. Ex hac autem visione & amore, tanquàm ex radice nascitur in Beatis impeccabilitas ab

in-

intrinseco: LXXXI. Nascitur quoq; intrinseca perpetuitas, seu inamissibilitas. LXXXII. Quamvis veró circa visionem beatificam, trium primorum sæculorum Patres secuti Papiam aliter senserint, nunc tamem inconfesso est apud omnes, animas Justorum à corporibus solutas pleneq; purgatas, mox suam assequi Beatitudinem. LXXXIII. Jndeq; colligimus, millenarium Christi in terris Regnum cum Sanctis fictitium debere dici. LXXXIV. Acta etiam historica ubi ad examen veniunt, satis probabiliter evincunt Joannem. XXII. non definivisse dilationem glorificationis Sanctorum, sed tantum allegasse ex opinione probabili. LXXXV. Jn actibus humanis invenitur voluntarium proprie tale. LXXXVI. Voluntarium tamen necessarium ex cognitionis perfectione, magis est voluntarium quàm vountarium liberum, unde voluntarium perfectum & voluntarium liberum formaliter, secum non coincidunt. LXXXVII. Ut omissio sit voluntaria, non requiritur præceptum aut obligatio ponendi actum, qui omititur. LXXXVIII. Effectus tamen consequens, aut concomitans oimssionem, non potest dici voluntarius, absq; obligatione illum impediendi, nisi forte illa omissio permodum medii ad talem effectum ordinetur. LXXXIX. Violentia nequit inferri voluntati quoad actus elicitos, bene tamen, quoad actus imperatos. XC Actus ex violentia factus, est involuntarius simpliciter & absolute, ad quod requiritur, quod homo interius simpliciter repugnet, & exterius quantum debet ac potest, reluctetur. XCI. Ea, quæ fiunt ex metu, simpliciter voluntaria sunt, & tantum secundum quid involuntaria. XCII. Proinde Loth metu à Sodomitis incusso Filias suas illorum libidini offerentem, concludimus non esse omnino à peccato excusandum, licet animi perturbatio, & studium defendendi hospites, quodammodo peccatum minuere videantur. XCIII. Concupiscentia antecedens potius causat & auget voluntarium, quàm involuntarium, licet minuat perfectum & liberum. XCIV. Homo lapsus gaudet libertate arbitrii seu indifferentiæ. XCV. Ad merendum vel demerendum in statu naturæ lapsæ, requiritur libertas à necessitate, nec sufficit libertas à coactione. XCVI. Quod contrariam præcedenti propositionem recerà docuerit Jansenius, defendimus ut probabilius. XCVII. Jmplicat voluntatem stante indifferentia Judicii necessitari ad agendum. XCVIII. Pro optione humana, eligitur bonum vel malum, vel

unum

unum ex duobus æqualibus, malum interim sub ratione mali non potest voluntas velle. XCIX. Prima & essentialis bonitas vel malitia actûs humani desumitur ab objecto moraliter considerato. C. Esto dentur actus humani indifferentes in specie nusquàm tamen in individuo. CI. Actus exterior, ut est præcise extecutio acûs interioris, non addit illi bonitatem vel malitiam simpliciter in ordine ad præmium vel pænam essentialem, sed tantum secundum quid in ordine ad præmium vel pænam accidentalem, unde non reddit operantem meliorem vel pejorem absolutè, sed secundum quid solum. CII. Nunquam licet agere contra conscientiam tam prohibentem, quàm præcipientem, sivè veram sivé erroneam. CIII. Sicut nec licet unquàm agere cum conscientia dubia, probabili vel probabiliori propriè sumpta, sed sola conscientia certa debet esse regula actionum nostrarum. CIV. In concursu duarum opinionum de honestate objectiva actionis, non licet sequi minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori & tutiori. CV. Sicut etiam in conflictu duarum opinionum æque probabilium, tenemur sequi tutiorem. CVI. Proinde quando agitur de sola honestate objectiva actûs, licitum est sequi opinionem manifeste & solide probabiliorem minus tutam seu faventem libertati, in concursu minus probabilis tutioris seu faventis Legi. CVII. Præter virtutes morales acquisitas sunt aliæ a Deo per se nobis infusæ. CVIII. Virtutes morales acquisitæ in statu perfecto ita sunt inter se connexæ, ut qui una caret, nullam perfecte habeat. CIX. Distinctio numerica peccatorum petitur, tum ex interruptione morali actuum voluntatis, tum ex objectis numerice distinctis in esse moris. CX. Omnia peccata non sunt paria, sed quantitas seu inæqualitas essentialis peccatorum in gravitate, desumitur ex eorum objectis, causis, præceptis, circumstantiis oppositis. CXI. Nullum peccatum potest esse in & à solo appetitu sensitivo, absq; actuali influxu saltim interpretativo voluntatis. CXII. Hinc inferimus, motus sensualitatis, qui omnem rationis advertentiam prævertunt, quosq; inviti patimur, & si versentur circa objecta graviter illicita, non venire in censum peccatorum. CXIII. Dari potest in adultis ignorantia invincibilis juris naturæ, quo ad præcepta remotiora & obscuriora, quæ dicuntur tertiæ classis. CXIV. Hæc porro ignorantia

ju-

juris naturæ invincibilis, excusat à peccato formali operantem ex eâ. CXV. Deus nec est, nec esse potest, per se & directè aut indirectè causa peccati. CXVI. Fidei oraculum est, peccatum originale traduci in Posteros Adæ. CXVII. Fabulosum est Præadamitarum systema, verbo Dei contrarium, nulli probabili fundamento nixum. CXVIII. Parvuli morientes cum solo originali peccato, non patiuntur pænam sensûs, nullumque ex privatione visionis beatificæ percipiunt dolorem, interea tamen nequeunt esse Beati beatitudine naturali. CXIX. Dantur peccata venialia, non solum ex conditione peccantis, aut Dei miserentis, sed ex natura sua à mortalibus distincta. CXX. Homo in primo instanti morali perfecti usûs rationis, tenetur sub mortali convertere se ad Deum, vel explicite vel implicite, secundum quod in eadem ætate est capax discretionis. CXXI. Jus Gentium, quamvis magnam cum jure naturali habeat affinitatem neutiquàm tamen continetur sub illo, sed sub jure positivo. CXXII. Justitia generalis seu Legalis dicta veram ac rigorosam justitiæ obtinet rationem. CXXIII. Sicut autem in Deo non datur vera & stricta Justitia commutativa erga homines, ita & in hominibus erga Deum. CXXIV. Datur tamen in Deo erga homines vera justitia distributiva. CXXV. Divisio ac Dominium rerum licitum fuit ante Christum, licitum quoq; est & nunc post Christum. CXXVI. Jllud tamen duo simul in eandem rem nequeunt habere in solidum & adæquatum. CXXVII. De Christo, quà homine probabiliter statuitur, eum vi unionis hypostaticæ constitutum fuisse à Patre æterno Dominum ac Regem temporalem omnium, quò ad jus & potestatem Regiam, licet talis juris ac potestatis noluerit habere exercitium. CXXVIII. Summus Pontifex estó quo ad temporalia non sit dominus totius orbis, etiam Christiani. CXXIX. Minimè tamen repugnat juri Divino, quin idem Summus Pontifex & Ecclesia, cum Spirituali habeat simul & dominium temporale; adeoq; juste & licitè illud exercet supra urbes Provincias aliaq; bona, quæ possidet. CXXX. Clerici saltem nunc post creata beneficia absolutum habent Dominium partis proventuum Ecclesiasticorum congruæ sustentationi superfluæ, ita ut de illa possint pro libitu suo disponere valide, licet in usus profanos illicitè, nec teneantur ex justitia eam errogare pauperibus aut

in

in usus pios; adeoq; nec obnoxii sint restitutioni, si eam impendant in usus alios. CXXXI. Restitutio est actus justitiæ commutativæ, quæ pro re accepta, vel damno illato, si est possibilis in re sin secùs in voto, omnino requiritur ad salutem. CXXXII. Qui bona fide rem furtivam emit, probabilius est, quod ubi eam furtivam esse rescit, teneatur eam reddere immediate verò Domino, etiamsi suum pretium à fure non sit recuperaturus. CXXXIII. Malitia in acceptatione Personarum nunquam à peccato mortali excusat, ac proinde si aliquod Beneficium vel Ecclesiasticum officium confertur digno tantum, prætermisso digniori, talis collatio valeret quidem, sed esset illicita. CXXXIV. Malefactores, qui bono communi nocent, possunt occidi, non potestate privatâ, sed publica. CXXXV. Iniquum est occidere seipsum ex propria voluntate. CXXXVI. Illicitum quoq; est, defendere cum occissione invasoris, aut pudicitiam, aut honorem sivè famam, aut bona fortunæ. CXXXVII. Licitum autem unicuiq; est, defendere propriam vitam cum occisione injusti invasoris, dummodo moderamen inculpatæ tutelæ servetur. CXXXVIII. De Judice asseritur ut probabilius, quod in criminalibus & civilibus debeat judicare juxta allegata & probata, etiamsi hæc sint ipsius particulari scientiæ contraria. CXXXIX. Reus interrogatus juridicè tenetur sub peccato mortali veritatem fateri, quamvis inde sit plectendus capite.

Ex Ecclesiastica Historia.

In Secundum Novi Testamenti Sæculum.

CXL. Montanus & Montanistæ puri, de Trinitatis mysterio rectè senserunt. CXLI. Statorum in Ecclesia jejuniorum religio non est germana Montanisticæ Disciplinæ. CXLII. Abstinentia a carnibus, Ecclesiastici Jejunij pars semper fuit, & apud veteres Christianos, diebus esurialibus, publica lege præcepta. CXLIII. Antepaschale jejunium, tribus primis Ecclesiæ sæculis, Christiani religione summa observabant: quod an plurium hebdomadum

fuerit, necne, quamvis disertè non exprimant illorum Sæculorum Patres; longè tamen probabilius circiter quadraginta dierum illud fuisse; idq; non ex institutione Xsti, sed ex Apostolica, traditione acceptum. CXLIV. Quamvis quadragesimale jejunium ab Apostolis institutum non esset, nihilo secius illius lege tenerentur Christiani hoc ipso quod ab Ecclesia publica lege præceptum est. CXLV. Quatuor temporum jejunia Sæculo quinto ab universa Ecclesia religiosè observata fuisse certum est: nonnulla tamen in hebdomadibus & dierum horum jejuniorum observationi consecratis diu fuit in variis Ecclesiis diversitas. CXLVI. Christianis quartæ, & sextæ feriæ stationibus conjunctum erat antiquitus jejunium, non publica lege Ecclesiis omnibus indictum, sed communi Fidelium usu ac pietate frequentatum. CXLVII. De jejunio Sabbati varia olim fuit Ecclesiarum consuetudo. Romæ & in aliis nonnullis occidentis Regionibus Jejunio consecratus erat ille dies: apud orientales jejunio immunis. Neuter mos Patribus improbandus visus est. Romanum ergo Sabbati jejunium Trullana Synodus, & Græci deinceps Schismastici perperam damnarunt. CXLVIII. Prioribus Ecclesiæ Sæculis, hora solvendi jejunii communis extra Quadragesimam erat nona, hoc est tertia pomeridiana, intra Quadragesimam protendebatur ad vesperam, sæculo verò decimo tertio mos obtinuit ut omnia jejunia indistinctè solverentur hora nona, seu tertia pomeridiana, nunc hora solvendi jejunii est circa meridiem. CXLIX. Ad jejunium requiritur, quod semel tantum comedatur in die, excepta cænula vespertina, quæ collatio dicitur. CL. Excepta demum collatione, quamvis plures nec ignobiles Theologi solum contra legem Jejunii, secunda refectione & non sequentibus peccari doceant; Probabilius tamen & propè certum videtur non solum secunda, sed etiam sequentibus contra legem Jejunii peccari. CLI. Juxta S. THOMAM Potus proprie & secundum se sumptus non frangit jejunium. CLIII, Controversia de tempore Paschatis celebrandi, sub Aniceti Pontificatu inchoata, sub Victore majori contentione agitata, in Magna Synodo Nicæna ad finem perducta est, ibiq; constitutum fuit oecumenico Decreto, ut Dominica proxime sequente Lunam decimam quartam post Vernum Æquinoctium illuscentem, celebraretur. CLIV. Tertulianus ad Montanistas defecit, eorumq; errores pro-

fes-

fessus est. CLV. Non tamen Deum asse corporeum existimavit. CLVI. De Filio Dei etiam rectè omnino sensit, scilicet ejusdem cum Patre Substantiæ, perfectionis & Divinitatis esse arbitratus. CLVII. Liber Tertuliano adscriptus Catholicam de adorando Trinitatis Mysterio doctrinam continens, non est Tertuliani sed Novatiani. CLVIII. Translatio LXX interpretum, maximæ fuit in Ecclesia auctoritatis ante Sanctum Hieronymum, cæterisq; anteposita est versionibus utpoté Apostolorum usu consecrata. CLIX. Traditionum non scriptarum necessitatem & Auctoritatem contra Valentinianos, Marcionitas, similisq; furfuris Hæreticos in Socinianis, Lutheranis, & Calvinistis redivivos, Sacra Scriptura, & Sanctorum Patrum Doctrina communis, constans & perpetua, invictissime demonstrat.

AD

M. D. G. B. V. M. OO. SS. Honorem.

Defendentur publicè in Conventu Varsaviensi S. Hyacinthi Ordinis Prædicatorum. A. D. 1792.

Urd Sczurowskiemu

42. Sczurowskiemu
~~36~~

260 Sczurowskiemu Sczurowskiemu

Sczurowsk

42. Wszystko przydzie Wyrozumiecie
16

426. ad Kaira ad Kaira

342. Wszystko przydzie Wyrozumiecie

462 / + Wszystko przydzie Wyrozumiecie
3 0

4. ad Kaira ad Kaira ad Kaira

Ach Kaira ad Kaira

420 / 14.
3 0

5.
4. 12.

9. 14.

9 12.

ach Kaira ad Kaira
ach Kaira ad Kaira

42 42c
10 ...

420 / 14
32

wszystko Wszystko 3

...eszyć stroskaną, z bojaźni
, zapewnienie dając, iż do
ie, od nikogo nie nagaba-
awać będzie.
izbie» mówił do niéj «a je-
ęk, módl się do Pana Jezu-
, i proś Pana Boga, aże-
mazał s twarzy, lica twoje
bo twarz twoja wodzi na
h; bo krasa twoja zgubą
téj izbie; biada tobie, jeżeli
róg przestąpisz, i do przy-
ietlicy. Biada tobie powta-
tém, w téj izbie, w téj przy-
jest niedźwiedzica któraby
...odzinie
...ja wio-
Pamię-
...ie waż
śmierć
, módl
...tko, ja

...omica,
...litości.
...wczyn-
...a pię-

...sposo-
zwie-
chłopa-

w go-
...rwaną

...aże Zy-
...edzicę,
która przy nim ligała jako jeden komornik, wcha-
dzała i wychadzała, kiedy chciała od niego.

świéć jéj duszy!» —

Zerwawszy się s posłania, byżym
bieżał na powrót do izby, w któréj
Olenkę.

Kury już grały na jutrznią, a jesz...
mno było; w chacie Klichny, nad łożem
ruszki stał mnich Franciszkanin. Bla...
latarki, którą trzymał w ręku, ... na
jego żółtą, jak wosk, i na długą biała...
W tyle za mnichem stał człowiek
w odzieży mieszczańskiéj.

Mnich nie odwracając oka od staru...
chylił się ku niéj, i podał leżącéj kul...
wiąc: — «Kobiéto! przyjmij ten n...
daje, a da tobie zdrowia, i życia da.»

«Na co mnie biédnéj zdrowia, i ż...
co» — słabym głosem odrzekła Kl...
» Olenka była życiem mojém i zdrow...
jém; wzięli ją, wzięli źli ludzie. O ...
Litwy! spuście śmierć na mnie, a pi...
ich głowy; Bogowie Litwy wys...
mię!»


Na posłyszane te słowa staruszki...
néj z letargu mnich odskoczył od łoża...
wypadła mu z ręki i zagasła.

«Niewiasto!» zawołał głosem g...
» ty bluźnisz Bogu Chrystusowi i Ma...
ty wzywasz bałwanów, których za...
Litwin, a Wielki Jagiełło obalił i po...
Niewiasto! jeżeliś poganką nie oc...
jeszcze, biada tobie, biada.» —

«Biada mojéj Olence!» — odrzek...
» wierzyła nowym Bogom, Bogow...
zesłali na nią karę, i na mnie, biédna...
ta! biédna!» —

«W imię Jezusa Chrystusa!» ...
mnich. — «Ja żegnam ciebie znakiem
świętego, uwiérz w jedynego Bog...





Urd. Seszurowskiemu

42. Seszurowskiemu
~~36~~
260 Seszurowskiemu Seszurowskiemu

42. Wszystko przydzie Seszurow Wyszmiricie
16

426. aut Kaira aut Kaira
942.

462/7 Wszystko przydzie Wyszmiricie
30 Wszystko przydzie Wyszmiricie

420/14. 4. aut Kaira aut Kaira aut Kaira

aut Kaira aut Kaira

5.
7. 42

9. 14.

4. aut Kaira aut Kaira

242 420 aut Kaira aut Kaira
10

420/14
32

Wszystko Wszystko 3

a będziesz zbawiona, miéj wiarę | cza córki, ale ucho matk

...eszyć stroskaną, z bojaźni
..., zapewnienie dając, iż do
...ie, od nikogo nie nagaba-
...awać będzie.
...izbie» mówił do niéj «a je-
...k, módl się do Pana Jezu-
...l, i proś Pana Boga, aże-
...mazał s twarzy, lica twoje
...bo twarz twoja wodzi na
...h; bo krasa twoja zgubą
... téj izbie; biada tobie, jeżeli
...óg przestąpisz, i do przy-
...ietlicy. Biada tobie powta-
...tém, w téj izbie, w téj przy-
jest niedźwiedzica któraby
...odzinie
...ia wio-
... Pamię-
...ie waż
... śmierć
..., módl
...tko, ja
...mica,
...litości-
...vczyn-
...a pię-
... sposo-
... zwie-
... chłopa-
... w go-
...rwaną
...aże Zy-
...edzicę,
która przy nim ligała jako jeden komornik, wchadzała i wychadzała, kiedy chciała od niego.

świéć jéj duszy!» —

Zerwawszy się s posłania, byżym... bieżał na powrót do izby, w któréj... Oleńkę.

Kury już grały na jutrznią, a jesz... mno było; w chacie Kliebny, nad łożem... ruszki stał mnich Franciszkanin. Bla... latarki, którą trzymał w ręku, b... na jego żółtą, jak wosk, i na długą biała... W tyle za mnichem stał człowiek w odzieży mieszczańskiéj.

Mnich nie odwracając oka od staru... chylił się ku niéj, i podał leżącéj kul... wiąc: — «Kobiéto! przyjmij ten n... daje, a da tobie zdrowia, i życia da.»

«Na co mnie biédnéj zdrowia, i ż... co» — słabym głosem odrzekła Kl... » Olenka była życiem mojém i zdrow... jém; wzięli ją, wzięli źli ludzie. O ... Litwy! spuście śmierć na mnie, a pi... ich głowy; Bogowie Litwy wysł... mię!»

Na posłyszane te słowa staruszki... néj z letargu mnich odskoczył od łoża... wypadła mu z ręki i zagasła.

«Niewiasto!» zawołał głosem g... » ty bluźnisz Bogu Chrystusowi i Ma... ty wzywasz bałwanów, których za... Litwin, a Wielki Jagiełło obalił i po... Niewiasto! jeżeliś poganką nie oc... jeszcze, biada tobie, biada.» —

«Biada mojéj Olence!» — odrzek... » wierzyła nowym Bogom, Bogow... zesłali na nią karę, i na mnie, biédna... ta! biédna!» —

«W imię Jezusa Chrystusa!» ... mnich. — «Ja żegnam ciebie znakie... świętego, uwiérz w jedynego Bog...



